



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 90118286

§. 188. Joannis Hussi provocatio ad Gregor. XII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

Sæcul. XV.
A.C. 1409.

§. CLXXXVIII.

Joannis Hussi provocatio ad Gregorium XII.

*Raynald. ad
ann. 1409.
n. 89.*

Hussus hoc artificio non modicam in Academia Pragensi obtinuit auctoritatem ac famam. Quocirca facili negotio pluribus suis Collegis persuaserat, primum edictum a Sbincone Archiepiscopo emanatum, Privilegiis ac Universitatis facultatibus gravissimum inferre præjudicium, utpote cujus membris quoscunque demum libros tenendi ac legendi ac vitum jus atque libertas competeret; in altero autem mandato putidum contineri errorem, cum adstrueret, sub speciebus panis & vini nil nisi Corpus Christi, & Sanguinem ejus in calice contineri. His commentis decepti ab Archiepiscopi decretis ad Gregorium XII eo tempore adhuc in Germania pro Pontifice cultum provocant: quare Gregorius admitta horum appellatione Archiepiscopum Pragensem Romam venire jussit, qui tamen cum Alexandrum V datis literis certiore reddidisset, Wiclefi errores in Bohemia plurimum ex eo invalescere, quod illi, qui Wicleff libros legissent, depravata doctrina in suis concionibus diffeminata ubique
Regnum

Regnum inficerent, laudatam impetra- Sæcul. XV.
 vit Bullam, qua Pontifex eidem præ- A.C. 1409.
 cepit, ut omnibus viribus conniteretur,
 ne latius in populos perverfæ hujus do-
 ctrinæ virus diffunderetur.

§. CLXXXIX.

*Wiclefi errores ab Archiepiscopo
 Pragensi proscripti.*

Igitur Archiepiscopus Pragensis hujus Dubrav. hist.
 Bullæ, quam vigesima Decembris die Bohem. l. 19.
 datam memoravimus, auctoritate muni-
 tus, Joannis Wiclefi libros decretorio
 proscriptis judicio, ac contra quatuor
 Doctores, qui ejusmodi codices penes
 se detentos ad eum deferre detrectabant,
 judiciariam decrevit actionem, eosque
 per iteratam sententiam concionibus
 intra facella habendis interdixit, dem-
 ptis quibuscunque privilegiis, quibus
 forte gauderent. Insuper summus Pon-
 tifex Archiepiscopo facultatem tribuit, ut
 assumptis aliis quatuor in Theologia
 Magistris, & duobus Decretorum Do-
 ctoribus refractarios tanquam hæreti-
 cos, cujuscunque demum status, gra-
 dus, aut conditionis essent, compesce-
 ret, invocato etiam, si opus fuerit, bra-
 chio